MILITIA SACRA DVCVM ET PRINCIPVM BRABANTIÆ,

Auctore IOANNE MOLANO S. Theol. in Academia Lovan: Doctore.

Adiectæ ſunt ad huius hiſtoriæ Illuſtrationem Annotationes M. Petri Louwij Sylvæducenſis.

ANTVERPIAE
EX OFFICINA PLANTINIANA,
Apud Viduam, & Ioannem Moretum.

AMPLISSIMIS CLARISSIMISQ. VIRIS, NICOLAO DAMANTIO,

Cancellario, & apud Catholicum Regem Philippum in Hiſpaniȷs Concilȷ Belgici Præſidi, magniq; Sigilli præfecto, Ioanni van Wingene Vicecancellario, Iohanni van Malcote ſeniori, Guilielmo van Veen, Guilielmo van Bruegel, Stephano vã Craesbeke, Ioanni Baptiſtæ Maſio, Guilielmo van Aſſeliers, Antonio d'Ittre, Philippo Vueſels, Guilielmo vã Candrieſche, Gregorio d'Ayala, Goſewino Batſono, Philippo Boxhorn, Nicolao vanden Brande, Iohanni van Maelcote Liberti, Cornelio Weellemans, Carolo de Bourgeois, & Carolo vander Eycken, Ducatus Brabantiæ Senatoribus digniſſimis,

HENRICVS CVYCKIVS
Salutem optat & felicitatem.

ROMANAM Rempub. multis nominibus celebrem, viri & Senatores præſtantiſſimi, inde cum primis laude dignam pronunciauit Maximus Valerius, quòd res & curas omnes religioni duceret eſſe poſthabēdas: quodq; Imperiũ ipſum, quod auguſtiſſimum *Lib.1.ca.1.*

Coll. Soc. Iesu Salm. ex dono Regum

DE CLODOVEI, REGIS FRANCORVM VICTORIA CONTRA VISIGOTHOS ARRIANOS.

CAPVT I.

SACRAM militiam Chriſtianorum Principum Brabantię, à Clodoueo Rege exordiri oportet. Eius auſpiciis Chriſtiani prima omnium pro religione ſigna Chriſto duce cum hoſtibus cõtulerunt, & *contra Viſigothos, Arriana hęreſi infectos,* feliciter primitias ſacri belli confecerunt.

Hic fuit primus Rex Francorum Chriſtianus, cui Brabanti parebant, nõdum Ducem habẽtes.

Is enim Princeps ſine dubio Brabantiæ noſtræ imperauit, non quidem Ducis honore ac titulo, ſed dignitate & maieſtate regia. Valentiniano namque tertio Romano Imperatori, qui homo erat *libidinoſus*, gens Francorum, quæ tranſmiſſo Rheno in Galliis ſedes fixit, omne ius & Imperium, quo Romani à Iulij temporibus in Gallia potiti erant, prorſus abſtulit: non tam ſuis viribus quàm prouidentia diuina, iuſtoque Dei iudicio.

Clodoueus itaque Francorum Rex, qui è regia Burgundionum ſtirpe vxorem acceperat Chriſtianam, nomine Clotildem, in bello quod ad Tolbiacum in Vbiis gerebat aduer-

SVMMA PRIVILEGII.

REGIS Priuilegio cautum eſt, ne quis citra voluntatem Ioannis Moreti, Typographi Antuerpienſis, imprimat, aut alicubi impreſſum in ſuas ditiones importet, venalémve habeat librum cui titulus eſt, *Militia ſacra Ducum & Principum Brabantiæ, Auctore Joanne Molano, &c. cum ſubiectis Annotationibus M. Petri Louvvij*, à die impreſſionis abſolutæ intra ſex annos. Qui ſecus faxit, confiſcatione librorum, & grauis multæ pœna multabitur. Vti latiùs continetur in litteris Datis Bruxellæ, XVIII. April. Anno 1592.

Signat.

I. De Buſchere.